



Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la

Dilingæ, 1685

Dominica Passionis. De immunitate Christi à peccato.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60588)

DOMINICA PASSIONIS.

De immunitate Christi à peccato.

Joan. 8.

PUNCTUM PRIMUM.

Dixit Christus Judæis: *Quis ex vobis arguet me de peccato? Qui ex Deo est, verba Dei audit.* Considera, cum à Christo dicaris Christianus, te conari debere, ut immunis sis à peccatis saltem mortalibus, & scire potius esse moriendum, quam in tale peccatum consentiendum: deinde deliberato, maximè si religiosus sis, nec consentire in venialia, imo etiam cavere imperfectiones quæ peccata non sunt. 2. Examina teipsum, an verbum Dei, exhortationes pias, & inspirationes divinas libenter audias, iisque obsequaris: quia si secus fiat, non es in Dei gratia, nec in numero prædestinatorum.

1.
Fuga
peccati.

2.
Audien-
dum ver-
bum Dei

PUNCTUM II.

1. **C**um Iudæi dicerent eum esse Samaritanum & habere demonium, respondit: *Ego demonium non habeo, sed honorifico patrem meum. Non quero gloriam meam.* Considera patientiã Christi nihil respondentis de nomine Samaritani, quia tangebatur contumelia personam ipsius: nam reputabant eum indignum sua conversatione: non enim Samaritanis cantebantur Iudæi, sicut nec nos nunc Iudæis, & Turcis. Sed de demonio, quia tangebatur gloriam Dei, mitissimè

1.
Christi
silentiũ
& res-
ponsum.

Ff 5

re-

2.
Homo
arbori
compa-
ratus.

1.
bona o-
pera ne-
cessaria.

2.
ordo
iro.
Tes 4.

2. *respondit. Ego demonium non habeo.* 2. *Consi-
dera, si Christus propriam gloriam non quæsit,
quanto minus tu debeas. Fac ergo omnia in Dei
gloriam, & tunc Deus etiam honorificabit te.
Unde vides quantum peccent, qui honoris sui
cupidi, minimam etiam injuriam vindicare non
dubitant sanguine suo.*

PUNCTUM III.

1. *Immortalitas servato Dei sermone.* 1. *SI quis sermonem meum servaverit, non
gustabit mortem in æternum.* Considera
hanc promissionem esse ejus, qui mentiri &
fallere non potest; & quidem de vita spiritua-
li animæ. Vide quantum Dei beneficium sit,
in æternum non solum vivere, sed felicissime
vivere, talique cogitatione te obfirma, ne ser-
monem Dei unquam sciens transgrediare.

DOMINICA IV. POST PASCHA.

Vado ad eum qui misit me.

Joan. 16.

PUNCTUM PRIMUM.

1. *Patientiæ præmium.* 1. *Dixit Jesus discipulis. Expedi vobis ut
ego vadam ad Patrem. Si enim non abiero,
Paracletus non veniet ad vos.* Considera Chri-
stum prænunciare gloriosam suam Ascensionem
in cælum, & Spiritus sancti, post eam missio-
nem, nempe visibili forma, & pleniore abun-
dantia, ut disceres, sicut ille post passionem glo-
rioso corpore & anima ascendit in cælum æter-
na

na